UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1736

VD18 90103165

N. II. &. III. Ratifications-Formulen des Fürstlichen Hauses Sachsen-Weymar.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53029

Visual Library

1648. Dec. chen habe der Chur-Mayntziſche Cantzlar, Herr Reigersberger, mit denen Kayſerlichen Legatis geredet, und berichtet, daß ſie dieſen Vorſchlag gethan, die Stände ſollten in denen beyden Exemplarien der Ratificationum, des Inſtrumenti Pacis cum Corona Galliæ, & cum Corona Sueciæ, Ihro Kayſerliche Majeſtät mit dem Prædicato: *Invictiſſimi*, (wie ſie dann ſey, reſpectu Imperii,) honoriren, aber ſolchen in denenjenigen Exemplarien, ſo die Königlichen Plenipotentiarii bekämen, auslaſſen. Daß es alſo dabey ſein Bewenden werde haben ꝛc. 1648. Dec.

N. II.

Sachſen-Weymariſche *Ratifications-Formul, pro Regno Sueciæ.*

Nos Dei gratia Wilhelmus & Erneſtus, fratres, Duces Saxoniæ, Juliæ, Clivorum, Montiumque, Landgravii Thuringiæ, Marchiones Miſniæ, Comites Marcæ & Ravensbergæ, Domini Ravenſteinii &c. Univerſis & Singulis, quorum intereſt, aut quomodolibet Intereſſe poteſt, conſtare volumus, Nos ab aliquot annis à Sereniſſimo ac Potentiſſimo Principe ac Domino, Domino FERDINANDO III. Electo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rege, Archiduce Auſtriæ, Duce Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchione Moraviæ, Duce Luxenburgi, Superioris ac Inferioris Sileſiæ, Wurtenbergæ & Teckæ, Principe Sueviæ, Comite Habsburgi, Tyrolis, Kyburgi & Goritiæ, Marchione Sacri Romani Imperii, Burgoviæ ac Superioris & Inferioris Luſatiæ, Domino Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum, Domino Noſtro Clementiſſimo ab una, nec non Sereniſſima ac Potentiſſima Principe ac Domina, Domina CHRISTINA, Suecorum, Gothorum, Vandalorum Regina, Magna Principe Finlandiæ, Duce Oſthoniæ & Careliæ, Ingriæ Domina, Conſanguinea noſtra honoratiſſima ab altera parte, benevole invitatos eſſe, ut ad inſtitutum ab iis Oſnabrugis & Monaſterii in Weſtphalia Tractatum Pacis Conſiliarios & Legatos Noſtros mitteremus &c.

N. III.

Sachſen-Weymariſche *Ratifications-Formul pro Rege Galliarum.*

Nos Dei gratia Wilhelmus & Erneſtus, Fratres, Duces Saxoniæ, Juliæ, Cliviorum, Montiumque, Landgravii Thuringiæ, Marchiones Miſniæ, Comites Marcæ & Ravensbergæ, Domini Ravenſteinii &c. univerſis & ſingulis quorum intereſt, aut quomodolibet Intereſſe poteſt, conſtare volumus, nos ab aliquot annis a Sereniſſimo ac Potentiſſimo Principe ac Domino, Domino FERDINANDO III. Electo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rege, Archi-duce Auſtriæ, Duce Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchione Moraviæ, Duce Luxenburgi, Superioris ac Inferioris Sileſiæ, Wurtenbergæ & Teckæ, Principe Sueviæ, Comite Habsburgi, Tyrolis, Kyburgi & Goritiæ, Marchione Sacri Romani Imperii, Burgoviæ ac Superioris & Inferioris Luſatiæ, Domino Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum, Domino Noſtro Clementiſſimo, ab una, nec non Sereniſſimo ac Potentiſſimo Principe ac Domino, Domino LUDOVICO XIV. Galliarum & Navarræ Rege Chriſtianiſſimo, ab altera parte, benevolè invitatos eſſe, ut ad inſtitutum ab iis Monaſterii & Oſnabrugis in Weſtphalia Tractatum Pacis Conſiliarios & Legatos Noſtros mitteremus &c.

1648. Dec. NB. Pro *Cæſareanis*, *Moguntinis*, & *Electore Saxoniæ* addatur utrobique, Titulus: *Invictiſſimi*. 1648. Dec.

N. IV.

Reipubl. Noribergenſis Ratificatio Pacis.

Nos Conſules, & Senatus Reipubl. Norimbergenſis, univerſis & ſingulis, quorum intereſt, aut quomodolibet intereſſe poteſt, conſtare volumus: Nos ab aliquot annis a Sereniſſimo & Potentiſſimo a) Principe ac Domino, Domino FERDINANDO III. Electo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rege, Archiduce Auſtriæ, Duce Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchione Moraviæ, Duce Luxemburgi, Superioris ac Inferioris Sileſiæ, Wurtenbergæ & Teckæ, Principe Sueviæ, Comite Habspurgi, Tyrolis, Kyburgi, & Goritiæ, Marchione Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac Superioris & Inferioris Luſatiæ, Domino Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum &c. Domino Noſtro Clementiſſimo, ab una; Necnon b) *Sereniſſima, & Potentiſſima Principe ac Domina CHRISTINA, Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Regina, Magna Principe Finlandiæ, Duciſſa Eſthoniæ & Careliæ, Ingriæque Domina &c.* ab altera parte, clementiſſimè & gratioſiſſime invitatos eſſe, ut ad inſtitutum ab iis c) *Oſnabrugis & Monaſterii* in Weſtphalia Tractatum Pacis Conſiliarios & Legatos Noſtros mitteremus.

a) in exemplaribus pro Cæſareanis addi debet titulus: *Invictiſſimo*,

b) *In Gallico*: Sereniſſimo ac Potentiſſimo Principe ac Domino, Domino *Ludovico decimo quarto*, Galliarum & Navarræ Rege Chriſtianiſſimo,

In Gallico & Cæſareo c) Monaſterii & Oſnabrugis

Conſiderantes igitur rei tantæ neceſſitatem, miſimus eò Nobiliſſimum & Ampliſſimum, Senatorii Noſtri Ordinis Collegam, Dominum *Jodocum Chriſtophorum Kreſs à Kreſſenſtein*, in Rezelsdorff, ut & Nobilem & Conſultiſſimum, Conſiliarium noſtrum, *Tobiam Oelhafen à Schöllenbach*, Juris-Conſultum, cum mandatis & poteſtate, ut, nomine locoque Noſtro, Conventui intereſſent, omnes & ſingulas propoſitiones exciperent, cum Electoribus, Principibus, & cæteris Statibus Imperii deſuper conſultarent, vota & ſuffragia ferrent, eaque omnia agerent ac ſtatuerent, quæ funeſto huic bello componendo, pacique reducendæ ac ſtabiliendæ, conducere poſſe viderentur. Tractatu itaque, per DEI gratiam, eo usque perducto, ut ab omnium Partium reſpectivè Plenipotentiariis & Legatis conventum ſit d) *in articulos ſeptendecim*, quorum primus incipit: *Pax ſit Chriſtiana, univerſalis, perpetua &c.* ultimus deſinit in verba: e) *Helvetii, Rhetique, & Princeps Tranſylvaniæ &c.* publico comprehenſos Inſtrumento, quod a Cæſareis, f) *& Regiis Suecicis* Legatis, nomine verò omnium Electorum, Principum & Statuum Imperii, ab ejusdem ad hoc ſpecialiter Deputatis Plenipotentiariis, ſub eorum Committentium rato ſubſcriptum & ſignatum eſt g) *Oſnabrugis die* $\frac{14}{24}$. Menſis Octobris currentis Anni 1648.

In Gallico: d) in certos articulos

In Gallico: e) adferat præjudicium

In Gallico: f) & Regio Gallico

In Gallico: g) Monaſterii die $\frac{14}{24}$.

Idcircò Nos, tam vi dictæ Deputationis ſpecialis, quam pro jure Nobis, una cum cæteris Imperii Statibus, competente, dictum Inſtrumentum,